

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Philosophia pars II - Cod. Ettenheim-Münster 261**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-129036](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129036)

Cogitante. Na. albedo v<sup>o</sup> in uno pariete  
 aliud non est quam partes hui<sup>9</sup> parieti proprias  
 Et Certo modo dispositio, hoc tamen dispositio  
 potest menti ansam praeberet, hunc parietem  
 Comparandi cum altero in quo similem deprehendit  
 dispositionem, ergo paries ad parietem non  
 per se sed per mentem refertur, neque simi-  
 litudo est una parietas duobus parietibus  
 inexistens sed est mentis conceptus ambas  
 res uno actu concipientis.

sectio 2da.

De Pneumatologia.

Altera metaphisica pars contemplantur res  
 ab omni materia secretas, quae spiritus vocan-  
 tur; diverso autem sunt spirituum classes,  
 alius increatus est, alius creatus inter creatos,  
 alius est corporis indutus, alius ab omni vinculo  
 corporeo liber. esse spiritum increatum  
 quem Deum vocamus sensus communis, consensio  
 omnium populorum, essentia et harmonia  
 mundi, necessarius inter Ens contingens et nec-  
 cessarium nexus, evidenter demonstrant, eius  
 naturam ceterasq; perfectiones, quo lumine ra-  
 tionis quomodo possunt attingi inquirunt et  
 demonstrat Theologia naturalis, seu Theodica.  
 Varii spiritus creatos puros et vinculo corporeo  
 soluti et sola Dei revelantis auctoritate tenemus.

unde questio ista illis adhaerenda quibus religio  
revelata tractatur. et esse Spiritum Corpore  
essentiam aut verius esse nostras animas et  
sensu intimo habemus. Tractatus, autem quo  
quidquid ad animam spectat psychologia vocatur.

75  
Caput I. inum.  
De Psychologia.

Veteres tam variè tam ridiculè tam solide  
de anima humana sensorunt atque disputarunt.  
ut Certam aliquod insania inter se suscepisse  
viderentur. Contendebant alii animam esse par-  
ticulam Divinitatis, alii quendam igniculum, alii  
simulacrum Corpori simillimum, alii partem  
subtiliorem sanguinis, alii nihil omnino esse, alii  
illam cum Corpore simul interire, alii illam tria  
secula vivere sicut Canices, alii de Corpore migrare  
in Corpus, ut qui olim in bello Trajano  
fuerat Agamemnon hodie sit forsitas Sallus galli-  
naccus. Inos rationis sane principis innisi  
et religionis divina dogmata ab eorum explosio  
veterum nugis et deliramentis modo longe saniori  
explicabimus. Inc. anima nostra, spirituales et  
Conditiones ostendamus. inc. illam esse spiritum.  
adv. esse immortalem. 3tio esse Corpore infor-  
mando designatam.

L  
L